



acētum, i. *subs. n.* **FORMA** *sing. tantum* VARRO Ling 9.66. qui reprehendunt, quod non dicatur ut unguentum unguenta uinum uina sic acetum aceta garum gara, faciunt imperite: qui ibi desiderant multitudinis uocabulum, quae sub mensuram ac pondera potius quam sub numerum succedunt. 67. alii generis enim uinum quod Chio, aliud quod Lesbo, sic ex regionibus aliis. ... Si item discrimina magna essent olei et aceti et sic ceterarum rerum eiusmodi in usu communi, dicerentur sic olea et aceta ut uina. **ETYM** *acere, ab neutro adi.* *acetus *fortasse tractum; uulgares sunt* ISID Orig 20.3.9. Acetum, uel quia acutum, uel quia aquatum; uinum enim aqua mixtum cito in hunc saporem redigitur. **DLAT** acetabulum, acetatorium, acetare, acetarium, aceteus, acetosus. **DROM** *cast.* acedo, aceto; *it.* aceto, *port.* azedo. [**FREQ** magna 2147 ^{indicia} 180 ^{p/d.c.m. subc.} 234-149 CATO] uocabulum scriptis technicis ad artem coquinariam, medicinam et agri culturam pertinentibus proprium; item pro rata parte scriptis satiricis; paulisper ante *subs. i aec.* inuenitur, frequentius ab *saec. i ec.*

VARIATIO		indicia	p/d.c.m. subc.
OPERUM	argumentalis	11	3,2
	dramatica	4	9,2
	exponendo	2084	822
	narrando	29	5,7
	satirica	19	94
DIACHRONICA	III-II aec.	22	55
	I aec.	16	5,9
	I-II ec.	895	214
	III-V ec.	1304	264
DIAPHASICA	docta	19	9
	media	2120	222
	quotidiana	8	46
DIASTRATICA	litteraria	62	6,9
	technica	2085	865
MODUS	prosa	2088	208
	uersu	59	33

¶ **a** uinum acidum designauit, saepe ab adi. acer confirmatum • *designó el vinagre o vino malo, ya agrio, 'picado' según su procedencia etimológica, muchas veces reafirmada con el uso del adjetivo acer* [**HYPER** potio^b **HYP** acernum **SIM** oxus **DOM** in coquina liquamen, mel, mulsus, oleum, sal, uinum; *medicamentis* acer, acerrimus, corpus, decoctus, frons, inlinere, mel, oleum, rosaceum, tritus] 234-149 CATO Agr 58. Ubi oleae comesae erunt, hallacem et acetum dato. 34-30 HOR Sat 2.3.240. filius Aesopi ... aceto diluit insignem bacam. 30 CELS 198. Unctioni uero aptissimum est uetus oleum uel nitrum aceto et oleo mixtum. 390-450 APIC 7.1.2. In uulua et sterili ... mel, acetum et liquamen. 395-415 MARCELL 28.19. Haec omnia melle et aceto pariter permixta in pilulas ad modum fabae rediges. **GLOSS** 2.384.44. ὄζος.

acetum, antequam condimentum, uini genus uariis usibus habebatur; ratio qua conficiebatur rarum constat, quamquam eius origo uel usus liquent • *el vinagre, más que un condimento, era considerado un tipo de vino con múltiples usos; pocas indicaciones se han transmitido de cómo se elaboraba, aunque es evidente su procedencia o uso* 234-149 CATO Agr 104. Hoc uinum durabit tibi usque ad solstitium. Siquid superfuerit post solstitium, acetum acerrimum et pulcherrimum erit. 60 COLUM 12.17.1. Sunt quaedam regiones, in quibus uini ideoque etiam aceti penuria est.

ut uinum consumebatur, quare melle interdum dulcabatur, semper tamen eius succedaneus fuit • *se consumía a modo de vino, y para ello a veces se endulzaba con miel, pero no dejaba de ser un sucedáneo de aquel* 191 PLAUT Rud 937. sed hic rex cum aceto pransurus et sale, sine bono pulmento. 320-325 LACT Inst 40.8. in cibum et potum dederunt ei fel et acetum. 360 COD Theod 7.4.6. repetita consuetudo monstrauit expeditionis tempore buccellatum ac panem, uinum quoque atque acetum, sed et laridum, carnem uerbecinam etiam, milites nostros ita solere percipere. 33.6.9. acetum uini appellatione non continebitur. DIG 18.1.9.2. quaeritur, si in ipso corpore non erratur, sed in substantia error sit, ut puta si acetum pro uino ueneat, ... plumbum pro argento uel quid aliud argentum simile.

in coquina ualde aestimabatur • *era muy estimado en la cocina* 84-85 MART Epigr 7.25.5. Nec cibus ipse iuuat morsu fraudatus aceti.

b aceti significatio, ut aliquid acutum et forte, neminem neglegentem faciens, cum spiritibus acutis et acribus coniunctum est • *el contenido semántico de acetum, como algo punzante y fuerte, que no deja indiferente, fue aplicado al humor acerado y punzante* [**HYPER** argutiae] 191 PLAUT Pseud 739. Ps. ecquid is homo habet aceti in pectore? CHAR. Atque acidissumi. 34-30 HOR Sat 1.7.32. Graecus ... Italo perfusus aceto.

c de melle quod a Plinio Seniore acetum appellatum est, nullum in alio textu simile inuenitur, quamquam cum Graeco ἄκοιτον 'quod non relinquit faecem' comparatur • *la miel llamada por Plinio el Viejo acetum no ha encontrado paralelo en ningún otro texto, aunque es puesta en relación con el griego ἄκοιτον 'que no deja poso'* [**HYPER** mel] 79 PLIN Nat 11.38. in omni melle quod per se fluxit ut mustum oleumque —appellatur acetum— maxime laudabile est.

d item indicia inueniuntur ad liquidum quoddam pertinentia quod ad incendia extinguenda seruabatur • *por otro lado, se encuentran referencias bajo esta palabra a un producto que se almacenaba para apagar incendios* DIG 33.7.12.18 Acetum quoque, quod extinguendi incendii causa paratur. 33.9.3.5. Penori acetum quoque cedere nemo dubitat, nisi exstinguendi ignis causa fuit paratum.